Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8157
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exaudi vocem meam Fiant aures
tue intendentes in vocem deprecacionis
mee Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit
Quia apud te propitiacio est et propter
legem tuam sustinuit te domine
Sustinuit anima mea in verbo
eius speravit anima mea in domino
A custodia matutina usque ad
noctem speret israel in domino Quia
apud dominum misericordia et copiosa apud
eum redempcio Et ipse redimet
israel ex omnibus iniquitatibus eius
Requiem an Si iniquitates obser-
vaveris domine domine quis sustinebit an Oratio
Confitebor tibi domine in toto
corde meo quoniam audisti omnia
verba oris tui In conspectu
angelorum psallam tibi et adorabo
ad templum sanctum tuum et confitebor
nomini tuo super misericordia tua et ve-
ritate tua quoniam magnificasti super
omne nomen sanctum tuum In quacu-